



Universitätsbibliothek Paderborn

**ELEGIA ET DEPLO-||randi hujus seculi querela,||
REVEREN=||DISSIMO ET IL-||LUSTRISSIMO PRIN-||CIPI AC
DOMINO, DOMINO || JOHANNI GUILIELMO, JULIÆ,|| Cliviæ
& Bergiæ Duci ... ||**

**Grest, Wessel de
Lemgo, [ca. 1584]**

At prius externos, quam progrediaris in hostes, Certa tibi pax est
constituenda domi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34817

EPISTOLA

adversus barbaros, & à fide orthodoxa alienos
belli tumultus deflectat. Quamobrem atten-
tem adhuc Christianos armis domesticis sese
mutuo confidentes durissima, ignominiosa,
ac perpetua servitute à Christi persecutoribus
acerrimis magno cum dolore, & commisera-
tione videamus, ex responso, quod Tyresium
Scipioni Africano dedisse legimus, ratio est in
promptu, qui Scipio Africanus, quem Nu-
mantinos sæpe victores jam fregisset, obfessos-
que tandem oppugnâset : Tyresium Im-
peratorem Celticum rogavit, qua de caussa
Numantia, aut prius invicta, aut post eversa
fuissest? Respondit Tyresius : Concordia vi-
ctoriam, discordia exitium præbuit. Non A-
pollinis magis verum, atq; hoc responsum esse
sera nimium, multarumq; Christi fidelium my-
riadum exitiosa observatione ac quotidiana
experientia satis superq; docemur, & res ipsa
loquitur, Unde recte quondam monuit Sabi-
nus Cæsarem:

*Ac prius externos, quam progrediariis in hostes,
Certa tibi pax est constituenda domi.*

Quinimo idem Christianis principibus,
quod Cybindo cum Aquila, accidit, quemad-
modum

Codinus
Videlicet *Paulini* fol 772
Et autem *Codinus* nocturnis accipiter

Sabinius fol 278

Mutua discordia peribant p[ro]m[er]it
Arco et alitu[m] pinguis ducibus et[em]
Videlicet *ambonius* grande contemptu Nisus
Angustus ac rotundus dilectus est eius.

DEDICATORIA.

modum Aristoteles memorix, posteritati-
que prodidit. Cybindus (inquit) avis bel-
lum internecinum gerit cum Aquila, adeo ut
cohærentes s̄ penumero prendantur. Ita sit
aliquoties, ut dum mutuum inter se odiū per-
tinaciter exercent principes, utriq; subvertan-
tur, tertio quopiam invadente. Itaque ne lon-
gius abiisse puter, tristissimo hujus nostræ tem-
pestatis statui omnis Idæa mali adest; & velut
in navi fordes, ac quicquid superflui squaloris
collectum est, in fundo subsidit: Ita in hanc
postremam delirantis, fatiscientisq; mundi se-
nectam, quicquid usq; fuit mali & infortunii,
cumulate redundavit, cunctaq; in profundum
ultimarum miseriārum adeo abjecta sunt, ne
ulla spes refulgeat, posse aliquando contingere,
ut miseranda hæc rerum omnium facies &
imago in pristinum habitum redigatur.

His igitur aliisq; quas brevitatis ergo (ne
epistolæ dedicatoriæ loco historiam ordiri vi-
dear) sicco pede prætero, causis accensus: pre-
cib. etiam amicorum induetus, immo impulsu
quorundam condiscipulorum & familiarium,
quibus hæc scribendi alea olim feliciter cessit,
pro ingeniali (quod sané perexiguum in me

B esse

EPISTOLA

esse non eo inficias) mei modulo, concredito-
que talentulo dexteram calamo accommoda-
vi: & hoc lamentabile, nec non tenui filo de-
ductum carmen composui. Quanquam au-
tem, cū meo me pede, propriæ imbecillita-
tis conscientia deterritus, metiar: & tam arduo
negotio me non sufficere sentiam; propterq;
calumniantium Momorum iniquitatem lon-
gē tutius sit, se intra suam pelliculam contine-
re, sibiq; & Musis canere: tamen honestæ vo-
luntati eorum aliqua ex parte gratificari, quām
temerē refragari malui, cogitans illum, qui præ
claris in rebus suam industriam exercet, licet
non omnia ei pro voto, & ex animi sententia
succedant, & id, quod velit, minus assequa-
tur; tamen si nihil aliud, saltem egregiæ & præ-
stantis voluntatis mercedem ferre debere.
Quicquid hujus est, in luctu maximo, non
solum propter malitiosorum hujus ultimi se-
culi, perversorumque hominum corruptissi-
mos mores: sed etiam propter turbas nunc,
eheu, passim in vicinia nostra excitatas, præ-
donibus pro libidine ubique tumultuantibus,
in doloribus istis summis edere volui. Multos
contristat afflcta vicinitas, ut monet ille:

Nam